

Anzeigebblatt

für die

Erzdiözese Freiburg.

Nr 17

Freiburg, 21. Juli

1927

Inhalt: De sensuali et de sensuali-mystico litterarum genere. — Kirchliches Handbuch 1926/27. — Priester-Ereziten. — Aenderung des Aufwertungsgesetzes. — Allgemeine Kirchensteuer 1927. — Verhütung von Brandgefahr und Unglücksfällen in kirchlichen Gebäuden.

(Ord. 13. 7. 1927 Nr 8123.)

De sensuali et de sensuali-mystico litterarum genere.

Wir veröffentlichen im Nachstehenden die Instruktion des hl. Offiziums vom 3. Mai 1927 (A. A. S. vol. XIX n. 5 pag. 186 sq.).

Freiburg i. Br., den 13. Juli 1927.

Erzbischöfliches Ordinariat.

Instructio

ad Archiepiscopos, Episcopos ceterosque locorum ordinarios: De sensuali et de sensuali-mystico litterarum genere.

Inter mala huius aetatis funestissima, quae doctrinam christianam de moribus penitus subvertunt atque animabus, Iesu Christi emptis pretioso Sanguine, admodum nocent, imprimis numeranda sunt ea litterarum genera quae sensualitati et libidini aut etiam lascivo cuidam mysticismo indulgent. Huiusmodi sunt praecipue fabulae romanenses, narratiunculae commenticiae, dramata, commediae, quarum quidem scriptionum incredibiliter fecunda sunt haec tempora quotidieque maior ubique copia diffunditur.

Quae ingeniorum commenta quibus tam multi, maximeque iuvenes, tantopere capiuntur, si pudoris et honestatis finibus, non sane angustis, continerentur, non solum sine fraude delectare, sed etiam ad legendum mores conformandos prodesse possent.

Nunc vero satis dolere non licet, ut dictum est, ex hac affluentia librorum in quibus magna cum fascinatione nugacitatis par inest turpitude, gravissimam animarum iacturam exsistere. Etenim quam plures huius generis scriptores fulgentissimis imaginibus impudica facta depingunt; obscoenissima quaeque, modo tecte, modo aperte et procaciter, omni castimoniae lege neglecta, enarrant; subtili quadam analysi vitia carnalia vel pessima describunt eaque cunctis orationis

luminibus et lenociniis exornant, adeo ut nihil iam in moribus inviolatum relinquatur. Id omne quam perniciosum sit, praesertim adolescentibus, quibus fervor aetatis difficiliorem efficit continentiam, nemo est qui non videat. Volumina autem illa, tenuia saepe, parvo venalia prostant apud bibliopolas, per vias et plateas civitatum, in stationibus, quae dicuntur, viae ferreae, eademque in manus omnium mira rapiditate veniunt et familias christianas in magna et luctuosa frequenter discrimina adducunt. Nam quis ignorat litteris eius modi phantasiam fortiter excitari, effrenatam libidinem vehementer accendi et cor in coenum turpitudinum trahi?

Ceteris vero fabulis amatoriis multo peiores solent ab iis proferri qui, horribile dictu, pabulum morbosae sensualitatis rebus sacris cohonestare non verentur, amoribus impudicis quamdam pietatem in Deum et religiosum mysticismum, falsissimum quidem, intendendo: quasi Fides cum rectae vivendi normae negligentia, imo impudentissima infitiatione, componatur et virtus religionis cum morum depravatione consocietur. Contra, sanctum est vitam aeternam neminem consequi posse, qui licet veritates divinitus revelatas vel firmissime credat, praecepta tamen a Deo data non custodit, cum christiani hominis ne ipsum quidem mereatur nomen quicumque fidem Christi professus, Christi vestigiis non ingreditur: »Fides sine operibus mortua est« (Jac. 2, 26) monuitque Salvator noster: »Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum« (Matth. 7, 21).

Ne quis vero illa opponat: in pluribus illorum librorum nitorem et ornamenta orationis vere laudanda inesse, psychologiam hodiernis inventis congruentem doceri, lascivas autem corporis voluptates eo reprobari quod exprimentur, ut sunt, foedissimae, aut quod in-

terdum cum conscientiae angoribus coniunctae ostendantur, vel quod patefiat quam saepe extrema turpissimi gaudii luctus cuiusdam poenitentiae occupet. Nam neque scribendi elegantia, nec medicinae aut philosophiae scientia — si modo his litterarum generibus ea continentur — nec mens, quaevis ea sit, auctorum impedire unquam possunt quominus lectores, quorum generatim, propter naturae corruptionem, magna est fragilitas magnaque ad luxuriam propensio, paginarum immundarum illecebris sensim irretiti, et mentibus pervertantur et cordibus depraventur, ac, remissis habentibus cupidatum, ad scelera omnis generis delabantur vitamque ipsam, sordibus oppletam, fastidientes, haud raro se ipsi interimant.

Ceterum quo mundus, qui sua quaerit usque ad contemptum Dei, his libris delectetur, eosdemque divulget, mirandum non est; sed maxime dolendum, a scriptoribus qui christiano nomine se iactant, operam studiumque in tam exitiosas litteras conferri. Numquid fieri potest ut principiis ethicae evangelicae adversando, adhaereatur Iesu benedicto, qui omnibus, ut carnem cum vitiis et concupiscentiis suis crucifigant, praecepit? »Si quis vult — inquit — post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me« (Matth. 16, 24).

Atque eo quidem audaciae et impudentiae scriptores processisse non paucos videmus, ut ea ipsa vitia suis libris in vulgus spargant, quae Apostolus vel nominari a christifidelibus vetuit: »Fornicatio autem, et omnis immunditia . . . nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos« (Eph., 5, 3). Discant isti tandem aliquando se duobus dominis servire non posse, Deo et libidini, religioni et impudicitiae. »Qui non est mecum — ait Dominus Iesus — contra me est« (Matth., 12, 30), ac certe cum Iesu Christo non sunt scriptores sordidis descriptionibus bonos depravantes mores, qui societatis civilis ac domesticae sunt verissima fundamenta.

Itaque perspecta litterarum lascivarum colluvie, quae quoquo anno latius omnes fere nationes inundat, Sacra haec Suprema Sancti Officii fidei et moribus tuendis praeposita Congregatio, Apostolica auctoritate ac nomine SSmi Domini Nostri Pii Divina Prov. Papae XI, omnibus locorum Ordinariis mandat, ut omni qua posunt ope tanto tamque praesenti malo mederi conentur.

Profecto ipsorum est, qui a Spiritu Sancto positi sunt regere Ecclesiam Dei, in omnia, quae in suis dioecesibus typis imprimantur et edantur, solerter diligenterque invigilare. Neminem autem illud effugit, libros, qui toto orbe hodie vulgantur, longe crebriores esse quam qui a Sede Apostolica examini possint subiici. Propterea Pius X s. r. Motu-proprio »Sacrorum Anti-

stitum« haec edixit: »Quicumque in vestra uniuscuiusque dioecesi prostant libri ad legendum perniciosi, ii ut exsulent fortiter contendite, solemni etiam interdictione usi. Etsi enim Apostolica Sedes ad huiusmodi scripta e medio tollenda omnem operam impendat, adeo tamen iam numero crevere, ut vix notandis omnibus pares sint vires. Ex quo fit, ut serior quandoque paretur medicina, quum per longiores moras malum invaluit«.

Nec vero talium voluminum et opusculorum pleraque, quamquam perniciosissima, speciali Supremae huius Congregationis censura plecti valent. Quare Ordinarii ex canone 1397 § 4 C. I. C. per se aut per Consilia a *vigilantia*, quae quidem Summus idem Pontifex, litteris Encyclicis »*Pascendi dominici gregis*« instituit, sedulo naviterque gravissimum istud munus explere studeant; neque opportune denunciare in dioecesanis Commentariis praetermittant eosdem libros uti damnatos et quam maxime noxios.

Praeterea quis ignorat Ecclesiam generali lege iam statuuisse, ut libri pravitate infecti, qui morum integritatem data opera vel ex professo laederent, vetiti haberentur omnes, perinde ac si in *Indicem* librorum prohibitorum relati essent? Consequitur inde ut peccatum letale ab iis admittatur qui sine permissione debita librum non dubie salacem legant, etiamsi ab auctoritate ecclesiastica non sit nominatim damnatus. Et quia de hac re, maximi quidem momenti, falsae et exitiosae opiniones obtinent inter christifideles, ideo locorum Ordinarii pastoralibus admonitionibus curent, ut imprimis parochi eorumque adiutores animum in id intendant, et fideles opportune edoceant.

Insuper omnibus declarare qui libri nominatim, pro singularum dioecesium necessitatibus, ipso iure prohibiti sint Ordinarii ne omittant. Quod si fideles a volumine quopiam arcere efficacius celeriusque se posse existiment si peculiari decreto illud improbent, hoc suo iure omnino utantur oportet sicut, gravioribus causis postulantibus, id ipsum consuevit S. Sedes, ad praescriptum canonis 1395 § 1 C. I. C.: »Ius et officium libros ex iusta causa prohibendi competit non solum supremae auctoritati ecclesiasticae pro universa Ecclesia, sed pro suis subditis Conciliis quoque particularibus et locorum Ordinariis«.

Denique haec Suprema Sacra Congregatio omnes Archiepiscopos, Episcopos et reliquos locorum Ordinarios iubet, occasione relationis dioecesanae, quidquid contra libros lascivos statuerint et exsecuti sint, Sancto Officio manifestare.

Ex aedibus Sancti Officii, die 3. Maii 1927.

L. S.

R. Card. Merry del Val, a Secretis.

(Ord. 16. 7. 1927 Nr. 8118.)

Kirchliches Handbuch 1926/27

Im Verlag Herder, Freiburg i. Br. ist soeben der XIV. Band des „Kirchlichen Handbuchs 1926/27“ (XX und 374 Seiten) in Verbindung mit Caritasdirektor Auer, Generalsekretär Böhler, Professor Dr. R. Hilling, P. S. A. Krose S. I., Direktor J. Sauren und P. Wäth S. I., herausgegeben von der amtlichen Zentralstelle für kirchliche Statistik des kath. Deutschlands, Köln, erschienen (Preis geb. in Leinen RM 10.—).

Als amtliches Publikationsorgan der kirchlich-statistischen Zentralstelle Deutschlands orientiert die neue Ausgabe des Handbuchs über die gesamte Organisation der Kirche, die neuere kirchliche Gesetzgebung, den heutigen Stand der Heidenmission und der Reichs- und Landesschulgesetzgebung. Das Handbuch ist das Nachschlagewerk über das gesamte Gebiet der Caritas und der kulturellen und sozialen Jugend- und Berufsvereine, über die kirchlichen Orden und Kongregationen, über die kirchliche Gliederung Deutschlands und den Stand des religiösen Lebens in den Diözesen und Dekanaten.

Die Anschaffung auf Kosten der Kirchenkasse ist gestattet und wird hiermit empfohlen.

Freiburg i. Br., den 16. Juli 1927.

Erzbischöfliches Ordinariat.

(Ord. 16. 7. 1927 Nr. 7613.)

Priester-Exerzitien.

Im Kloster „Maria Hilf“ zu Bühl finden vom 8. bis 12. August und 15. bis 19. August d. J. Exerzitienkurse für Priester statt.

Anmeldungen sind an Hochw. Herrn Superior A. Schmider in Bühl (Baden) zu richten.

Freiburg i. Br., den 16. Juli 1927.

Erzbischöfliches Ordinariat.

(R. D. St. N. 14. 7. 1927 Nr. 12051.)

Änderung des Aufwertungsgesetzes

durch Gesetz über die Verzinsung aufgewerteter Hypotheken und ihre Umwandlung in Grundschulden, sowie über Vorzugsrenten vom 9. Juli 1927.

(Reichsgesetzblatt I 1927 S. 171 ff.)

Die wesentlichen Grundzüge sind:

1. Beginn der Verzinsung bereits gelöschter Aufwertungshypotheken, deren Verzinsung nach dem Aufwertungsgesetz vom 16. Juli 1925 erst mit dem auf die Wiedereintragung folgenden Kalendervierteljahr beginnen sollte, spätestens mit dem 1. April 1926.

Keine Rückzahlung der für einen früheren Zeitraum bereits — auch der unter Vorbehalt — bezahlten Zinsen.

2. Verhinderung des selbsttätigen Absinkens des Aufwertungsbetrages aus dem dinglichen Recht (Hypothek) als Folge eines vom persönlichen Schuldner erfolgreich gemachten Herabsetzungsantrags der persönlichen Forderung durch Antrag des Eigentümers beim Grundbuchamt, den Aufwertungsbetrag als Grundschuld statt als Hypothek einzutragen.

In Höhe des eingetragenen Aufwertungsbetrages erlischt mit dieser Eintragung die persönliche Forderung. Umwandlung der Hypothek in eine Grundschuld auch dann möglich, wenn der herabgesetzte Aufwertungsbetrag bereits im Grundbuch eingetragen, sofern nicht vor dem 15. März 1927 oder nach einem von der Reichsregierung zu bestimmenden Zeitpunkt ein Recht an dem Grundstück oder ein Recht an einem solchen Rechte durch Rechtsgeschäft oder Zwangsversteigerung erworben oder vorgemerkt worden ist.

3. Einschränkung des öffentlichen Glaubens des Grundbuchs in den Fällen, in denen der Erwerber eines Grundstücks das Eigentum zwar lastenfrei erworben, vorher aber die Hypothek abgelöst hat oder für seine Rechnung hat ablösen lassen.

4. Aufwertungsmöglichkeit der Restaufgeldforderungen aus dem Jahre 1921 zur Vermeidung einer groben Unbilligkeit bis zu 400 vom Hundert und bei Begründung der Forderung nach dem 30. September 1921 bis 600 vom Hundert, aber nur wenn bei der Aufwertungsstelle bis 1. Oktober 1927 entsprechender Antrag gestellt ist (Antrag daher spätestens am 20. September 1927 ablassen).

5. Nachholen einer ohne Verschulden versäumten Anmeldung (§ 16 Aufwertungsgesetz) durch Antrag auf Wiedereinsetzung in den vorigen Stand mit entsprechender Begründung und unter Nachholen der Anmeldung bis 1. Oktober 1927 (aber spätestens am 20. September 1927 abgehen lassen). Auch Antrag auf Abweichung von dem normalen Höchstfuß (§ 12 Aufwertungsgesetz) innerhalb eines Monats seit Rechtskraft des Beschlusses über die erteilte Wiedereinsetzung in den vorigen Stand ist noch zulässig.

6. Nach dem 14. Juli 1925 geschlossene Vergleiche sowie rechtskräftige Urteile, die lediglich die in dem neuen Gesetz behandelten Rechtsverhältnisse geregelt haben, stehen der Anwendung der neuen Vorschriften nicht entgegen.

7. Gewährung der nach dem Anleiheablösungsgesetz vom 16. Juli 1925 ausgeworfenen Vorzugsrenten an Altbesitzer schon bei einem Jahreseinkommen von nicht mehr als 1000 RM. (bisher 800 RM.).

8. Anträge auf Beschränkung einer hinter einer Gesamthypothek oder einer Gesamtgrundschuld dem Eigentümer vorbehaltenen Rangstelle oder auf Beschränkung des Vorranges einer Gesamthypothek oder Gesamtgrundschuld, der nach § 6 des Aufwertungsgesetzes eine Hypothek, Grundschuld, Rentenschuld oder eine Reallast mit einem Teil des Aufwertungsbetrages nachgeht, sind bis 31. Dezember 1927 (längstens am 20. Dezember 1927 ablassen!) zu stellen. Nähere Auskunft darüber wolle beim zuständigen Amtsgericht oder Notariat eingeholt werden. Die Entschliebung wird von der Aufwertungsstelle getroffen.

Zur Vermeidung persönlicher Haftung empfiehlt es sich daher, daß die Stiftungsräte an Hand der s. Zt. gefertigten Zusammenstellung — siehe Erz. Anzbl. 1925 S. 179 ff. — nochmals prüfen, ob alle Anmeldungen rechtzeitig erfolgt und ob nicht nunmehr zur Erzielung einer höheren Aufwertung und dergleichen weitere Maßnahmen zu ergreifen sind.

Wo die Aufwertung der Zusammenstellung bisher unterlassen wurde, ist sie umgehend nachzuholen und die Aufwertung erforderlichenfalls noch durchzuführen.

Karlsruhe, den 14. Juli 1927.

Katholischer Oberstiftungsrat.

(R. D. St. N. 8. 7. 1927 Nr 11289.)

Allgemeine Kirchensteuer 1927.

Mit Genehmigung des Herrn Ministers des Kultus und Unterrichts wird angeordnet, daß in Abänderung des Modells 8 zu § 25 R. L. R. V. (Ges. und V. = Bl. 1922 S. 493) die allgemeine Kirchensteuer im Rechnungsjahr 1927 in 4 Terminen zu je einem Viertel, innerhalb 14 Tagen nach Zustellung des Forderungszettels, auf 15. August 1927, 15. November 1927 und 15. Januar 1928, zahlbar ist.

Bei gemeinschaftlichem Einzug von allgemeiner und örtlicher Kirchensteuer sind für diese die gleichen Zahlungstage festzusetzen.

Karlsruhe, den 8. Juli 1927.

Katholischer Oberstiftungsrat.

(R. D. St. N. 22. 6. 1927 Nr 10456.)

Verhütung von Brandgefahr und Unglücksfällen in kirchlichen Gebäuden.

Vorkommnisse aus letzter Zeit veranlassen uns, die Erz. Pfarrerämter und kath. Stiftungsräte auf folgende Bestimmungen und deren genaue Beachtung hinzuweisen.

1. Der Einbau von elektrischen Fußwärmern und anderen Heizungs- oder Wärmeeinrichtungen in kirchlichen Gebäuden darf — soweit der Stiftungsrat dazu überhaupt zuständig ist — nur durch ein behördlich zugelassenes Geschäft erfolgen. Die Verwendung von Apparaten ohne selbsttätige Ausschaltung im Falle der Ueberhitzung ist verboten. Bereits bestehende Einrichtungen sind nachprüfen zu lassen und gegebenenfalls entsprechend zu ändern. Außerdem sind Vorkehrungen zu treffen, welche verhindern, daß beim Verlassen des Beichtstuhls oder des sonstigen Raumes das Ausschalten des Stromes vergessen werden kann.

Als zweckmäßig kann empfohlen werden, die Stromleitung so anzuordnen, daß sie etwa 10 bis 20 cm über der Beichtstuhlöffnung in horizontaler Richtung durch den Beichtstuhl geführt wird. Die an beiden Enden mit Steckern versehene Querverleitungsschnur wäre jeweils nach Betreten des Beichtstuhls in den beiderseits der Beichtstuhlöffnung angebrachten Steckdosen zu befestigen. Bei dieser Führung der Stromleitung wäre ein Verlassen des Beichtstuhles ohne vorherige Lösung des Kontaktes unmöglich.

Das Querverleitungsstück wäre, um einen Mißbrauch durch Unbefugte vorzubeugen, in der Sakristei aufzubewahren.

In kirchlichen Gebäuden, zu denen das Domänenärar haupflichtig ist, dürfen elektrische Anlagen jeder Art unter allen Umständen außerdem nur im Benehmen mit dem zuständigen Bezirksbauamt und mit dessen Einverständnis erstellt, verändert oder erweitert werden, da sonst der Staat ein Eintreten für den etwa entstehenden Schaden ablehnen kann.

2. In solchen domänenärarischen Lastengebäuden dürfen auch sonstige bauliche Herstellungen und Veränderungen, die an sich in der Zuständigkeit des Stiftungsrats liegen, aber geeignet sind, die Baulast des Ärarars zu erschweren, nur im Benehmen mit dem zuständigen Bezirksbauamt und mit dessen Einverständnis erfolgen.

3. Für alle aus der Nichtbeachtung vorstehender Bestimmungen dem kirchlichen Vermögen etwa entstehende Schäden sind die Auftraggeber persönlich verantwortlich und haftbar.

Karlsruhe, den 22. Juni 1927.

Katholischer Oberstiftungsrat.